



*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*

POSITIONES LEGALES  
III. DISPUT. IV. LIB. INST.

DE ACTIONVM  
DEFINITIONE, DIVISI-  
ONE, ET DEREALIBVSTAM  
CIVILLIBVS, QVAM PRAE-  
toriiis actionibus.

*Ex tit. 6. lib. 4. Inst. §. 1. usq. ad 8. cum  
concordantibus textib. desumpta.*

Q V A S

*Annuate Deo,*

PRÆSIDE

*Nobiliss. Clariss. Consultissimog. Viro*

Dn. ARNOLDO DE REYGER IC.  
& in illustri Salana Publico Pandectarum  
Professore dignissimo

*Privati exercitii gratia, pro ingenii vi-  
ribus defendere conabitur ad 1. 7. d. Junii horis  
matutinis, locoq. solitis*

IOANNES IACOBVS Jung.



I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.  
ANNO MDCCCXCV.





Continuatio.

Discussis personarum & rerum iuribus, superest ut etiam de tertio iuris obiecto, de ACTIONIBUS nimirum, per quas nobis redduntur iura, disputatio nunc instituat. *pr. Inst. de actio. D. VVesenb. in rub. D. t.*

POSITIO I.



ACTIO EST IUS REM SVAM vel sibi debitam iudicio persequendi.

*§. 1. Inst. h. t. nihil ff. de ob. & act. arg. l. pecunia 178. §. 3. de V. S. & ibi Gæd. n. 2. Cuius in par. ff. de O. & A.*

II.

Omnium autem actionum, quibus inter aliquos, apud iudices arbitrove, de quacunque queritur, summa divisio in duo genera deducitur, aut enim in REM sunt, aut in PERSONAM.

*§. omnium Inst. d. t. l. 25. ff. de O. & A. Donell. §. 1. n. 2. & Iason. d. §. omnium n. 1. de action. Cuiac. lib. 5. obs. c. 17.* Mixtae tam in rem quam in personam: item in rem scriptae, item praedudiciales, tertium divisionis membrum non constituunt.

III.

REALES sunt, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur petimus, & adversus quemcunque possessorem competit a, specialique nomine VINDICATIONES nominantur b,

a *§. 1. Inst. hic d. l. 25. §. in rem ff. de O. & A. & secundum Iason hic n. 3. §. appellamus 15. Inst. h. t.* b *d. l. actionum in pr.*

IV.

PERSONALES dicuntur, quibus cum eo agimus, qui ex contractu, vel quasi, vel delicto vel quasi, nobis obligat.

obligatus est, ad aliquid dandum vel faciendum *a*, personamq; sequuntur non rem *b*, & vocantur Conditiones *c*.

*a* d. §. omnium Inst. hic d. l. 25. Donell. d. §. 1. n. 3. & 7. *b* l. 1. §. si heres ff. ad Scutum Trell. l. finalde contrah. emptione. *c* d. l. actionum de O. & A.

V.

Differuntq; à Realibus, origine, natura, processu & effectu. vide Schneid. hic in §. omnium n. 17.

VI.

Cum principem locū inter actiones reales, Rei vindicatio teneat *a*, ab illa initium faciemus: propria verò significatione nihil est aliud quam appropriare, id est, suum esse dicere *b*.

*a* arg. d. §. omnium *b* vide Schneid. ad d. §. n. 60. de reivindic.

VII.

Est igitur Reivindicatio actio civilis *a*, realis *b*, stricti iuris *c*, quæ datur domino contra possessorem, ad petendam rem suam coporalem *d*, unde petitorium iudicium appellatur *e*.

*a* §. sed ista. Inst. b. t. *b* §. action. gl. ib. Inst. b. *c* d. §. cum gloss. d. d. §. 1. in verbo coporalem. *e* l. qui petitorio. 36. ff. de Reivindicat. Quod utrum cum possessorio possit cumulari, ingens est inter Dd. concertatio. Nos affirmatium bonis nixi textibus & rationibus sententiæ suffragamur: Compendij causa vide th. 10. cum ibi allegat disp. 1. Dn. præsid. Process. iudic. Eberhard. Bronckhorst. assert. 65. cent. 2. ἐναγτιοφάρ qui novissimè huic sententiæ accedit.

VIII.

Eiusq; requisita summa duo sunt, ex parte actoris Dominium, ex parte rei, Possessio: est duplex Directa & Utilis.

Propter has Dd. directum & utile dominium constituere, quæ distinctio etsi multis displiceat, nos tamen commodè retineri posse putamus. Gæd. ad l. 27. n. 18. d. V. S. Myns. ad rubr. Inst. de rer. divis. n. 15. Coras. miscell. 6. c. 20.

XI.

Directa competit ei qui plenum dominium habet,

A 2

etiam

De reivindicacione-

etiam heredibus b, uxori quatenus rei dotalis domina est c, eiq; qui demum post litem contestatam dominus factus est, non ei qui lite pendente dominus esse desit.

a l. 23. in pr. ff. de Rei vind. l. final. C. eod. b arg. l. 42. ff. de i. l. 12. §. final. ad exhib. c l. 3. C. de rei vind. d Br. ad l. 14. §. actiones ff. de except. rei iudic. & in c. Abbate sanc 3. in fin. de sent. & re iud. in 610. quem sequitur Iason. n. 66. de action. Schneid. ad d. §. omnium. n. 65. gl. in l. 8. de pign. act. Br. in d. l. per l. 14. de condict. fur. l. 7. §. final. ad exhib. Iason. d. l.

X.

Utilis datur Emphyteutæ a, vasallo b, superficiario c, conductori vectigalium d. Usufructuario nomine proprietarii e, item ei cui a verò domino, vel q. domino in rem actio cessa est, adversus possessorem itidem directò, adversus q. possessorem, itidem utiliter f.

a l. 1. §. 1. si ag. vect. per. l. 16. ff. de pig. act. b Hart. Hart. de feud. obser. 13. Borch. c. 9. n. 1. de feud. c l. 73. §. 1. n. 2. ll. seqq. de reivindic. iuncta l. 16. ff. de pig. act. l. 1. §. 3. de superfic. l. 3. §. 3. denov. op. nunc. d l. 17. §. 27. de dam. infect. e gl. in l. 1. in fin. ff. de usufr. qm. cav. ibi Zas. f. elegans casus in l. si culpa 63. ff. h. t.

XI.

Vindicari possunt omnes res corporales a, mobiles sive immobiles, animatæ sive inanimatæ b, dummodo tamen alicuius dominio contineri & possideri possent c.

a §. 1. Inst. d. t. d. l. 23. §. 5. vers. & in h. Richard. ad l. 2. C. hic n. 2. b l. 1. §. 1. hic. c d. l. 23. §. 1. l. 43. ff. de reivind. facit §. nullius. 7. Inst. de rer. divis.

XII.

Datur hæc actio in hoc ut actor Iudicis sententia declaretur dominus, eiq; possessio, quæ penes Reum conventum est, restituatur.

l. ex diverso 35. §. 1. ff. h. t. l. sicut autem §. etsi quidem ff. si serv. vindic. l. officium l. præterea 20. ff. de R. V.

XIII.

Ut autem rei vindicatio ad vindicandas res corporales

rales competit, sic pro rerum incorporalium vindicationem duæ actiones proditæ sunt, videlicet Confessoria & Negatoria.

XIV.

Actio Confessoria est actio in rem *a*, civilis *b*, De actione competens alicui ratione iuris vel servitutis sibi debitæ *c* *confessoria*, contra impediens *c*.

*a* §. a quo Inst. hic l. 2. in pr. l. 6. §. 3. ff. ser. vind. *b* d. §. eque. d. l. 6. §. 1. c. lob. Fab. ad §. eque n. 13. & 55. Schneid. ibid. n. 7.

XV.

Hæc nulli alii quam domino fundi competit *a*, Tolliturq; iisdem modis, quibus servitutes amittuntur *b*. Effectus verò huius actionis est, quod Reus convictus ad petitionem Actoris & implorationem officii Iudicis, eum restitutione interesse, fructuum & damnorum ab impedimento abstinere cogitur *c*.

*a* l. 2. si ser. vind. *b* Myns. ad §. eque n. 32. *c* l. loci corpus 4. §. in confessor. cum seq. l. etsi forte. §. final. ff. si ser. vind.

XVI.

Actio Negatoria est actio realis qua agimus res nostras, non servire rebus sive personæ illius qui intendit *Actio negatoria*, ius sibi in eos competere.

*d* §. a que l. 2. si ser. vindic. & appellatur contraria in l. sicut §. in pr. ff. d. l.

XVII.

Et datur ei qui dominium vel saltem ius habet in prædio libero *a*. Contra eum verò datur qui quoquo modo ipsam molestat in libertate prædii sui *b*.

*a* gl. in l. 2. in pr. ff. si ser. vind. Ioa. Fab. in d. §. a que nu. 32. *b* l. 2. in pr. l. 17. si quando in pr. ff. si ser. vind. Actionibus realibus civilibus, prætoriz reales rectè subjiciuntur.

XVIII.

Sequitur PUBLICIANA, (à Publicio prætoris *Actio publiciana*, introducta) quæ est actio realis sive prætoria rei vindicatio, quæ amissa possessione rei datur qui à non domino *a*, rem traditam ex iusta causa *b* acquirendi dominii *a*, rem traditam ex iusta causa *b* acquirendi dominii bona fide accepit, nec dum usucepit *c*.

*a* §.

*a* l. 1.

a l. 1. & tot. tit. ff. de publ. in rem act. l. 18. de pig. §. sed ista  
Inst. de act. b §. namq; in fin. Inst. hic c d. l. 1. ubi Cutac. in par.  
Vult. 2. Jurispr. 23. n. 1.

XX.

Datur adversus eum qui hanc rem possidet aut de-  
tinet, aut dolo malo desit possidere nec eius rei domi-  
nus est.

l. officium 9. l. sin autem 27. l. 36 ff. de Reivind. l. 7. §. in publ.  
ff. de publ. l. penult. & ult. ff. d. t.

XXI.

Veniunt in hanc actionem res omnes corporales &  
incorporales, mobiles & immobiles a, non tamen sa-  
cræ, sanctæ, religiosæ quæ usucapi nequeunt b.

a l. 9, 10. §. 1 ff. b d. l. 9. §. 5.

XXII.

Actio Res-  
cissoria.

Actio Rescissoria est actio realis prætoriana, publici-  
ana contraria, qua rescissa usucapione quæ facta esse ne-  
gatur, agitur ad rem à possessore usucaptam, quasi nun-  
quam usucapta sit.

Schneid. ad §. rursus n. 6. Inst. h. t.

XXIII.

Competit hæc actio cuius res ab eo qui vel Reipu-  
blic. causa, vel ex necessitate abfuit, aut in hostium po-  
testate fuerit, dum abfuit usucapta est.

d. §. rursus Inst. her. l. 1. 4. in pr. ff. ex quib. causis maior. Donel.  
ad §. rursus.

XXIV.

Et datur præsentis domino adversus absentem ab-  
senti ex iusta causa contra præsentem, absentem contra  
absentem a, & quidem ad omnem causam b.

a d. §. rursus Myns. n. 3. d. l. 1. §. 1. & l. ult. ff. d. t. Schneid. ad  
§. rursus n. 24, 34, 46 & 50. b Alciat. in l. plus est. in restitu. n. 4.  
de V. S.

XXV.

Actio Pauli-  
ana.

Actio Pauliana est prætoriana in rem qua creditor,  
revocat à quocunq; possessore res à debitore in frau-  
dem



dem suam alienatas non aliter, quam si nunquam ab eo alienatae essent, sed semper in debitoris bonis mansissent.

*l. 1. §. 1. & 2. l. 14 ff. quae in fr. cred. §. item si quis 6. Inst. hic arg. l. 38. de usucap. & tot. tit. D. & C. quae in fr. cred.*

XXV.

Et datur creditori *a*, in cuius fraudem debitor efficaciter est obligatus, quiq; nulla exceptione perpetua contra creditorem se tueri potest *b*, de bonis suis aliquid alienavit vel diminuit *c*.

*a tot. tit. ff. & c. quae in fr. cred. b arg. l. creditor. 55. & l. creditores 10. de V. d. c. d. §. 6. Inst. hic.*

XXVI.

Contra eum in quem facta est alienatio vel ipsius fraude accedente, si haec alienatio titulo oneroso fuerit facta, vel etiam absq; fraude ipsius sine titulo lucrativo.

*l. 6 §. hoc edictum. & ibi gl. in verb. cessare & §. simili modo. ff. quae in fr. creditor.*

XXVII.

Serviana est actio praetoria in rem, qua locator *a* Serviana Actio. agit, ad res quae a conductore seu inquilino in fundum si-  
ve praedium investae sunt, & illatae ut filio pro pensione seu corruptione tacite obligatae sint: & ea a quocunque possessore quasi pignus auferat & donec ei integre satisfiat retineat: iure tamen nudae possessionis.

*Schneid. ad §. item Servian. 7. n. 12. Conrad. Wolff. in Erot. ad hunc tit.*

XXVIII.

Competit haec actio domino vel quasi, praedii urbani, fundi vel praedii rustici.

*l. certi iuris C. locati Zas. ad §. item n. 14. Schneid. n. 26. d. l. certi iuris l. 4. ff. in quib. causis.*

XXIX.

Quasi Serviana actio sive hypothecaria est actio Quasi Serviana actio. praetoria realis, quae competit creditori contra possidentem rem, quae ei expresse in specie, vel generaliter, & tacite obligata est, ad consequendam eius rei possessionem.

onem, ad hoc ut eam retinere, vel alienare possit, si a  
debitore non fuerit redempta.

*Schneid. ad §. rem servi. n. 69.*

XXX.

Convenit cuilibet creditori cui bona sui debitoris  
sunt oblitata, sive sit pignus conventionale, prætorium  
iudiciale, sive legale.

*l. 2. C. de prætor. pign. act. d. §. 7. & ibi Schneid. n. 78.*

XX XI.

Inter pignus & hypotheca nihil inter est quantum  
ad actionem hypothecariam, in aliis differentia est. Nam  
de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut  
sit pro debito obligata, utraque hac appellatione con-  
tinetur.

*d. §. item Serviana vers. inter pig. Inst. de act. Hac fusius à Do.  
præfide in Oeconomia sunt explicata.*

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X



TA 30L







36

POSITIONES LEGALES  
III. DISPUT. IV. LIB. INST.

DE ACTIONVM  
DEFINITIONE, DIVISI-  
ONE, ET DEREALIBVSTAM  
CIVILLIBVS, QVAM PRÆ-  
torijs actionibus.

*Ex tit. 6. lib. 4. Inst. §. 1. usq. ad 8. cum  
concordantibus textib. desumpta.*

Q V A S  
*Annunte Deo,*  
PRÆSIDE  
*Nobiliss. Clariss. Consultissimog. Viro*  
Dn. ARNOLDO DE REYGER IC.  
& in illustri Salana Publico Pandectarum  
Professore dignissimo  
*Privati exercitii gratia, pro ingenii vi-  
ribus defendere conabitur ad 1. 7. d. Junii horis  
matutinis, locog. solitis*  
IOANNES IACOBVS Jung.

I E N Æ  
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.  
ANNO MDCCXCV.

